Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dum attrahet eum.
In laqueo suo humiliabit eum. inclinabit se & cadet
cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde suo. oblitus est ds. auertit
faciem suam ne uideat in finem.
Exsurge dne ds exaltetur manus tua ne obliuisca
ris pauperum.
Propter quid irritauit impius dm. dixit enim
in corde suo non requirit.
Uides quoniam tu laborem & dolorem consideras.
ut tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est paup. orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris & maligni. quaerietur
peccatum illius & non inuenietur.
Dns regnabit in eternum & in seculum seculi:
peribitis gentes de terra illius.
Desiderium pauperum exaudiuit dns. preparatio
nem cordis eorum audiuit auris tua.